Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



temporalia eis ex ipsa predicatione deberi monstra
uit. Vnde ꝙ nos intellegere decet ideo institutũ
epõs uel abbates baculum de manu epi cum conse
crantur accipe. ut nouerint se terrenarum rerũ
que ecclia possidet de manu dñi ueraciter tunc
accepisse dominium. In anulo uero misterium
sacratissime coniunctionis xpi uidelicet ꝙ ei⁹ ec
lie designari certissimum est. Que ideo in xpo
celebrantur. quia uice xpi ecclie scẽ coniungitur.
Quã prauũ itaq; sit quamq; ꝑuersum. hec de
manu imperatoris seu alicuius humane potesta
tis ante consecrationem uel postea uelle accipere
considerandũ est. ꝙ a tante iniquitatis perpe
tracione cessandum. re. ut honor regni minuat.

Nos igitur non ideo Cont̃ eos q̃ dicẽt ido nos hoc dice
hoc dicimus ut honor regni ex inde minuat.
sed ut magis tamen adaugeatur. Iuxta eũ enĩ
que cesaris sunt ut ex uerbis sci ambrosii sup
docuimus cesari reddere uolumus. ꝙ que dei
deo. Non enim sola sacratio dei est. sed ꝙ res
que deo offeruntur. dei ueraciter esse noscunt.
Hoc enĩ supra probauimus multis ꝙ uarius do
cumentis. possessiones uidelicet aliquorum
hominum postquam semel eas deo deuouerint
nulli omnino imperatori. regi. uel principi
hui⁹ scli pertinere. nisi soli deo ꝙ eius ecclesie
Xpiano autem cesari sua ueraciter concedimus.
quia xpianum poplm ei ad iusticiã fauere.